

Dominica aliqua hujus mensis ab Ordinario Loci jam assignata fit de Patrocini. B. M. V. sub Ritu dupl. maj. pro Regn. Hisp.

- III. Innumerabilium MM. Casaraug. Duplex pro Regn. Hisp.
- xv. Eugenii Episcop. & Martyr. Duplex pro Regn. Hisp.
- xvii. Aciscli & Victor. MM. Duplex pro Regn. Hisp.
- xxiv. Joannis à Cruce Conf. Duplex pro Eccl. univer.
- xxvi. Desponsat. B. M. V. Duplex majus pro Regn. Hisp.

- iv. Barbaræ Virg. & Martyr. Duplex pro Regn. Hisp.
- viii. Concept. B. M. V. Duplex j. Classis cum Octava pro Regn. Hispan.
- ix. Leocadiæ Virg. & Martyr. Duplex pro Regn. Hisp.
- x. Translat. almæ Domus Lauret. Duplex majus pro Reg. Hisp.
- xii. Eulaliæ Emerit. Virg. & Martyr. Duplex pro Regn. Hisp.
- xv. Octav. Conceptionis B. M. V. Duplex.
- xviii. Expect. B. M. V. Duplex majus pro Regn. Hisp.
- xx. Dominici Silens. Confes. Duplex pro Regn. Hisp.
- xxiii. Nicolai Factor. Confes. Duplex pro Eccl. univer.
- xxx. Translat. S. Jacobi Apostoli. Duplex majus pro Regn. Hisp.

B. M. V. de Guadalupe pro die ab Ordinariis assignata modo non sit Dominica. Duplex majus pro Regn. Hisp. Immaculatæ Conceptionis B. M. V. pro Sabbatis non impeditis, nec exceptis. Semiduplex pro Regn. Hisp. Jacobi Apostoli pro Feriis secundis non impeditis nec exceptis. Semiduplex pro Regn. Hisp.

PROPRIUM FESTORUM HISPANORUM.

FESTA DECEMBRIS.
DIE IV. DECEMBRIS.

In Festo Sanctæ Barbaræ Virginis
& Martyris.
Duplex.

Omnia de Communi Virg. lxxxiv.
præter ea quæ hic habentur.

Oratio.

DEus, qui inter cætera potentie tuæ miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius; ut qui beatæ Barbaræ Virginis & Martyris tuæ natalitia cõlumus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum, &c.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

BARBARA virgo Nicomediensis, Diòscori nobilis, sed superstitiosi hominis filia, per ea, quæ visibilia facta sunt, ad invisibilia divinâ opulante gratiâ, facili pervenit. Quapropter soli Deo, rebusque divinis vacare cepit. Eam pater, utpotè formâ venustiori nitentem, à quocumque virorum occursum tutari cupiens, turri inclusit; ubi pia Virgo meditationibus, & precibus addicta, soli Deo, quem sibi in sponsum elegerat, placere studèbat. Oblata à patre pluries Nobilium connubia, fortiter sprevit: Pater verò per sui absentiam, filiae animum posse facilius emolliri confidens, jussit primò balneum extrui, ac quid ei deesset ad commoditatem,

deinde peregrè in exteras regiones profectus est.

¶ Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: *Et deducet te mirabiliter dextera tua.

¶ Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intènde, prospère procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

ABsente Patre, jussu Barbaræ duabus fenestris, quæ in turri erant, tertiam addi in honorem divinæ Trinitatis, labiumque balnei sacrosanctæ Crucis signomuniri: quod ubi rediens Diòscorus inspexit, audita novitatis causâ, adeo in filiam excaudit, ut stricto ense eam appetens, parum abfuerit, quin eam dirè confoderet; sed præstò adfuit Deus: nam fugienti Barbaræ saxum ingens se patefaciens viam aperuit, per quam montis fastigium petere, & in specu latere potuit: sed paulò post, cum à nequissimo genitore reperta fuisset, ejus latera pedibus, dorsumque pugnis immaniter percussit, & crinibus per loca aspera, difficilisque vias raptatam, Marciano Prasidi puniendam tradidit.

¶ Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo latitiæ.

¶ Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

ITaque ab ipso omnibus modis, sed incassum tentata, nuda nervis cædi, & inflata vulnere restulsi con-

confricari, deinde in carcerem trahi præcepit; ubi immensâ luce circumdatus ei Christus appârens, mirificè confortâta, in passionem tolerantiâ confirmâvit; quod animadverrens Juliâna Matrôna ad fidem conversâ, ejusdem palmæ particeps effecta est. Bârbare demum ferris inguibus membra laniantur, facibus latera incenduntur, & malleolis caput contunditur, quibus in cruciatiâ consortem solabatur, & hortabatur, ut ad finem usque constanter certaret: præcis tandem utriusque uberioribus, nudâ per loca pùblica tractâ, cæpite plectuntur, filiaque cervicem ipse scelestissimus Pater humanitatis expers propriis mûnibus amputâvit; cujus fera crudelitas non diu inluta remansit: nam statim eo ipso in loco fulmine percussus interiit. Caput hujus beatissimæ Mârtyris in Oratorio ad Sancta Sanctorum honorificè asservatur.

R. Afferentur regi virginis post eam; proxime ejus. * Afferentur tibi in lætitiâ & exultatione. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intendo, prospere procede, & regna. Afferentur tibi. Gloria Patri. Afferentur tibi.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Simile erit regnum colorum decem virginibus, ut in Communi Virginum. xciiij.

In Laudibus fit omnin. Ferie. In ij. Vesp. à cap. de sequenti, cum Comm. præcedentis, Ferie, & S. Sabbe Abb. (V. Justum, &c.)

DIE V. DECEMBRIS.

Fit de S. Petro Chrysologo Conf. & Doct. (ut in Brev. Rom. heri.) cum Comm. Ferie in Laudib. & S. Sabbe Abb. (V. Amavit.) In ij. Vesp. à cap. de seq. comm. præc. & Ferie.

DIE VIII. DECEMBRIS.

In Feste Conceptionis B. Mariæ Virginis, Hispaniarum ac Indiarum Patronæ.

Duplex j. classis, cum Octava.

Ad Vesperas, Antiphona.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias Adæ. Psalmi consueti de Sancta Maria, ut in ejus Officio parvo. cxxxiv. Antiphona. Tota pulchra es Maria, & macula non est in te. Antiphona. Tu glôria Jerusalem, tu lætitiâ Israël, tu honorificentiâ pòpuli nostri. **Añ.** Vox enim tua dulcis, & facies illa tua decora nimis. Antiphona. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innoxia supra dilectum Filium? **Capitulum.** **Prov. 8. b.**

Ego diligentes me diligo: & qui manè vigiliant ad me, inveniunt me. In viis justitiæ ambulat, ut ditem diligentes me. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui elocidant me, vitam æternam habebunt.

Hymnus. Ave maris stella. cxxxvj. **V.** Immaculata Conceptio est hodie Sanctæ Mariæ Virginis.

R. Cujus innocentia incluta cunctas lætificat devotas animas.

Ad Magnificat. Antiphona. Quam pulchri sunt gressus tui filia principis! Collum tuum, sicut turris, eburnæ; oculi tui divini, & comæ capitis tui, sicut pùrpura Regis. Quam pulchra es, & quam decora charissima! alleluia.

Oratio.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem præparasti quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti; nos quoque mundos ejus intercessione, ad te per-

pervenire concedas. Per eundem Dominum nostrum, &c.

Deinde fit Commemoratio Ferie occurrentis.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus, * Christum ejus præservatorem adorèmus Dòminum. **Psalmus.** Venite, exultemus. 1.

Hymnus. Quem terra.

In primo Nocturno, Antiphona. Multæ filie congregaverunt sibi divitias, tu verò supergressa es universas. **Psalmus.** Domine Dòminus nos-

ter, cum reliquis ut in ejus Officio parvo. cxxxvij. **Añ.** Surrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicaverunt: vir ejus, & laudavit eam.

Psalm. Cœli enarrant. Antiphona. Fortitudo & decore indumentum ejus, byssus & pùrpura vestis illius. **Psalmus** Dòmini est terra. **V.** Liberasti me Domine ex ore leónis.

R. Et à cornibus unicornium humilitatem meam. Pater noster.

Absolutio. Exaudi Dòmine. **Benedictio.** Benedictiône perpétua. De libro Ecclesiastici.

Cap. 24.

Ego ex ore Altissimi providi, primogénita ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis, ut ori-rètur lumen indeficiens, & sicut nébula texti omnem terram. Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circumvivi sola, & profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi, & in omni terra steti: & in omni pòpulo, & in omni gente primatum habui: & omnium excellentium & humilium corda virtute calcavi: & in his omnibus réquiem quæsi, & in hæreditate Dòmini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Créator omnium: & qui creavit me, requi-

vit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhàbita, & in Israël hæreditare, & in electis meis mitte radices.

R. Ego ex ore Altissimi providi, primogénita ante omnem creaturam. Ego in cœlis feci, ut ori-rètur lumen indeficiens: * Et sicut nébula texti omnem carnem. **V.** Gyrum cœli circumvivi sola, & profundum abyssi penetravi: & in omni pòpulo, & in omni gente primatum tenui. Et sicut. **Benedictio.** Unigénitus Dei Filius.

Lectio iij.

AB initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rose in Jericho: Quasi oliva speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa deti suavitatem odoris: & quasi storax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam, & quasi balsamum non mistum odor meus.

R. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini: * Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & favum. **V.** Qui audit me, non confundetur: & qui elocidant me, vitam æternam habebunt.

hebunt. **Spiritus. Benedictio. Spiritus gratia.**

Lectio iij.

Ego quasi terebinthus extēdi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego mater pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transte ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implēmini: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & favum: Memoria mea in generationibus sæculorum. Qui edunt me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me, adhuc sitiunt. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui eliciant me, vitam æternam habebunt.

R. Meum est consilium, & æquitas: mea est prudentia, mea est fortitudo: * Per me Reges regnant, per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. **V.** Ego diligentes me diligo: & qui manē vigilant ad me, inveniēnt me. Per me Reges. Gloria Patri. Per me Reges.

In secundo Nocturno, Antiphona. Quid vidētis in Sunamite, nisi choros castrorum? **Psalm.** Eructavit.

Antiphona. Aquæ multe non poterunt extinguere charitatem: nec flumina peccatorum obruent Mariam. **Psalmus.** Deus noster. **Antiphona.** A custodia matutina usque ad noctem speravit Maria in Domino: quia copiosa apud eum redemptio. **Psalmus.** Fundamenta ejus.

V. Eructi à fræmea. Deus, animam meam. **R.** Et de manu canis unicum Matrem meam. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas.

V. Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lectio iv.

Qualis, & quanta esset beata & gloriosa semper Virgo Maria, ab Angelo divinitus declaratur, cum dicitur: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Talibus namque decēbat Virginem oppignorari muneribus, ut esset gratia plena, quæ dedit cœlis gloriā, terris Dominum, pacemque refudit; fidem gentibus, finem vitii, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Et benè plena, quia cæteris per partes præstatur: Mariæ verò simul se tota infudit plenitudo gratiæ. Patris plena, quia etsi in Sanctis Virgibus & Prophētis gratia fuisse creditur, non tamen cætenus plena: in Mariam verò totius gratiæ, quæ in Christo est, plenitudo venit, quamquam aliter. Et ideo inquit: Benedicta tu in mulieribus: id est, plus benedicta, quam omnes mulieres. Ac per hoc quiquid maledictionis infusum est per Hevam, totum abstulit benedictio Mariæ.

R. Equitatum meo in cœribus Pharaonis assimilavi te, amica mea, pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis. **V.** Faciamus adiutorium simile sibi. **V.** Eo quod castitatem amaveris, virginitate nescieris, ideo & manus Domini confortavit te: & eris benedicta in æternum. Faciamus. **Benedictio.** Christus perpetua.

Lectio v. **Cap. 2. & 4.**

De ipsa Salomon in Canticis, quasi in laudem ejus: Veni, inquit, colomba mea, immaculata mea. Jam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit. Ac deinde inquit

quid: Veni de Libano, veni coronaberis. Non immerito igitur veniſſe de Libano jubetur, quia Libanus candidatio interpretatur. Erat enim candidata multis meritorum virtutibus, & dealbata nive candidior Spiritus sancti muneribus, simplicitatem columbæ in omnibus representans: quoniam quidquid in ea gestum est, totum puritas, & simplicitas, totum veritas, & gratia fuit, totum misericordia, & iustitia, quæ de cœlo prospexit: & ideo immaculata, quia in nullo corrupta.

R. Fac tibi arcam de lignis levigatis: ruptique fontes abyssi magnæ, & Et factum est diluvium peccati super omnem terram. **V.** Arca verò Deserta elevata est in sublime, & ferebatur super aquas, operisque sunt omnes montes excelsi Sanctorum. Et factum est. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Circumedit enim virum in utero, sicut Jeremias sanctus testatur, & non aliunde accepit. Faciet, inquit, Dominus novum super terram, & mulier circumdabit virum. Verè novum, & omnium novitatum supereminens novitatum virtutum, quando Deus (quæ ferre non potest mundus, neque videre aliquis, ut vivere possit) sic ingressus est hospitium ventris, ut corporis claustrum nesciret; sicque gestatus, ut totus Deus in eo esset: & sic exivit inde, ut esset, (sicut Ezéchiel fatetur) porta omnino clausa. Unde canitur in eisdem Canticis de ea: Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisi. Verè hortus deliciarum, in quo cõsita sunt universa florum genera, & odoramenta virtutum: sicque conclusus, ut nesciat vio-

lari, neque corrumpi ullis insidiarum fraudibus. Fons itaque signatus sigillo totius Trinitatis.

R. Fiat mihi sanctuarium, & habitatio in medio cœorum. Arcam de lignis Sethim compingite: & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris. **V.** Et ponēs super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. **V.** Inspice, & fac secundam exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Et ponēs super. Gloria Patri. Et ponēs.

In tertio Nocturno, Antiphona.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatisibus myrrha, & thuris, & universi pulveris pigmentarii? **Psalmus.** Cantate. **j. Antiphona.** Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, mediâ charitate constravit. **Psalmus.** Dominus regnavit, exultet. **Antiph.** Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? **Psalm.** Cantate. **ij.** **V.** Verè Dominus est in loco sancto isto, & ego nesciebam. **R.** Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. **Cap. 11. d.**

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 49. in Luc. 11.

Magnæ devotionis & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scri-

bis & Pharisæis Dñm tentantibus, simul & blasphemantibus, tantã ejus incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tantã fiduciã confitetur, ut & presentium procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam.

R. Omnes moriæmini, quia in Adam peccavistis. Quid habes Esther elevata in populo? Ego sum frater tuus, noli timere, non moriæris: Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. **V.** Non extinguetur in nocte lucerna tua, & non timetis à frigore nivis. Non enim. **Benedictio.** Cujus festum colimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio viii.

Nam sicut tunc Judæi, sancti Spiritus opera blasphemando, verum consubstantialémque Patri Dei Filium negabant: sic hæretici postea negando, Mariam semper virginem, sancti Spiritus operante virtute, nascituro cum humanis membris unigenitum Dei, carnis suæ materiã ministrasse, verum consubstantialémque Patri Filium hominis fateri non debere dixerunt.

R. Filius meus parvulus est, & delicatus. Domus, quam ædificavi volo, talis esse debet, ut in cunctis nationibus nominetur. **V.** Et ob hanc causam ante mortem suam omnes præparavit impensas. **V.** Elégi, & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Et ob hanc. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Sed si caro Verbi Dei secundum carnem nascentis à carne Vir-

ginis Matris pronuntiatur extranea, sine causa venter, qui eam portasset, ubera quæ lactassent, beatificandus. Dicit autem Apostolus: Quia misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque audiendi sunt qui legendum putant: Natum ex muliere, factum sub lege; sed, factum ex muliere, quia conceptus ex utero virginali, carmen non de nihilo, non aliunde, sed maternã traxit ex carne: aliòquin nec verè Filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine.

Te Deum laudamus. 13.

AD LAUDES.
& per Horas, Antiphoda.

Domum tuam decet sanctitudo Dñm in longitudinem dierum. **Psalmus.** Dñm regnavit, cum reliquis. **Antiphona.** Hæc est domus Dñmi firmiter ædificata: benè fundata est supra firmam petram. **Ans.** Fundavit eam Altissimus, qui super maria fundavit eam, & super flumina præparavit illam. **Ans.** Dñm custodit te ab omni malo Maria, custodivit animam tuam, introitum tuum, & exitum tuum in sæculum. **Antiphona.** Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Capitulum.

Prov. 8. b

Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilat ad me, invenient me. In viis justitiæ ambulo, ut ditem diligentes me. Qui operantur in me, non peccabunt. Qui efficiendat me, vitam æternam habebunt.

Hymnus. O gloriõsa Virginum. **V.** Non accedet ad te malum. **R.** Neque flagellum appropinquabit tabernaculo tuo.

Ad

Ad Benedictus, Antiphona.

Quam pulchra es amica mea, columba mea, immaculata mea, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata, alleluia.

Oratio.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filii sui prævisa, eam ab omni labe præservasti; nos quoque mundos ejus intercessione, ad te pervenire concedas. Per eundem Dñm nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Deinde fit Commemoratio Ferie.

Ad Primam in R. brevi dicitur. **V.** Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, Antiphona. Hæc est domus Dñmi. **Capitulum.** Ego diligentes, ut supra.

R. breve. Liberasti me Dñm, ex ore leonis. Liberasti me. **V.** Et à cornibus unicornium humilitatem meam. **Ex.** Gloria Patri. Liberasti. **V.** Eruisti à fræmca, Deus, animam meam. **R.** Et de manu canis unicam Matrem meam.

Ad Sextam, Antiphona.

Fundavit eam.

Eccl. 44.

Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dñm Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa Principi. Princeps ipse sedebit in ea.

R. br. Eruisti à fræmca. **V.** Deus animam meam. Eruisti. **V.** Et de manu canis unicam Matrem meam. **Deus.** Gloria Patri. Eruisti. **V.** Verè Dñm est in loco sancto isto, & ego nesciebam. **R.** Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta celi.

Ad Nonam, Antiphona.

Fluminis impetus.

Capitulum.

Prov. 8. b

Beatissimus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Dño.

R. br. Verè Dñm est in loco sancto isto. **V.** Et ego nesciebam. **Verè.** **V.** Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta celi. **Et.** Gloria Patri. **Verè.** **V.** Scalam vidit Jacob, ejus cacumen cælum tangebat. **R.** Angelos quoque descendentes, qui eam lumine replabant.

AD VESPERAS,
Antiphona.

Nihil est candoris, nihil est splendoris, nihil est virtutis, quod non resplendeat in Virgine gloriõsa. **Psalmus ut in primis Vesperis Antiphona.** Quæ neque serpens persuasionem decæpta, nec ejus venenosus afflatus infecta est. **Ans.** Hanc, quam tu despicias, Manichæe, Mater mea est, & de manu mea fabricata. **Ans.** Decuit Virginem eã puritate nitere, quã major sub Deo nequit intelligi. **Antiphona.** Hæc est virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit. **Capitulum.** Ego diligentes. **Hymn.** Ave maris stella. **V.** Dñm, dilexi decorem domus tuæ. **R.** Et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ad Magnificat, Antiphona.

Unica est columba mea, una est perfecta mea, una est Genitricis suæ electa. Videtur eam animæ sanctæ, & immaculatam prædicaverunt, alleluia.

Oratio. Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo, ut supra. 16.

Deinde fit Commemoratio sanctæ Leocadiæ V. & M. ut infra, & c. Ferie.

DIE

DIE IX. DECEMBRIS.

Secunda die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

In Festo S. Leocadiæ Virginis & Martyris. Duplex.

Pro Commemoratione S. Leocadiæ Virginis & Martyris, An̄a. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in ætænum.

Spécie tuâ & pulchritudine tuâ.
R. Intendè, prospère procède, & regna,

Oratio.

Beatæ Leocadiæ Virginis & Martyris tuæ, quæsumus Domine, precibus & meritis adjuvèmur: ut quæ pro tui nominis confessione carceres & mortem perituli, suo nos patrocinio ab ætæno carcere deëndat. Per Dòminum, &c.

Deinde fit Commemor. Feria.
Ad Matutinum, omnia dicuntur de Comuni Virginiæ & Martyrum, lxxxvj. præter Lectiones; quæ assignantur propria.

In primo Nocturno Lectiones de libro Ecclesiastici. Confitebor tibi Dòmine rex, de Comuni Virginiæ & Martyrum. xcv.

In secundo Nocturno.

Ex Breviariis, Martyrologiis, & Historiis antiquis.

Lectio iv.

Leoçadia Virgo Toletana nobilis genere, sed nobilior Christiana pietate, eo tempore martyrium passa est, quo Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, tam dira in Dei Ecclesiam persecutio commota est, ut ubique gentium conquisiti Christiani, aut Christi fidem abnegare, aut mortem subire cogèrentur. Ad quam crudelitatem exercendam, & veri Dei cultum in Hispania extinguendum, missus est ad Imperatores Daçianus Præses. Qui multis civitatibus ejus Provin-

ciæ Martyrum sanguine consecratis, ubi Tolètum venit, Leocadiam ad se accersiri jubet, eamque blanditis primùm delinire aggreditur: deinde etiam terroribus, ac modis omnibus de proposito colendæ Christianæ religionis deterrere conatur. Cujus impiam orationem Leocadia detestata, in vincula conjicitur, ut aut sententiam mutet, aut vim inmanium tormentorum experiatur.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: Et deducet temerabiliter dextera tua. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intendè, prospère procède, & regna. Et deducet.

Lectio v.

Cum autem in custodiam Virgo duceretur, Deo humili corde grátias egit, quòd pro Christi fundendi sanguinem sibi occasionem obtulisset. Conversaque ad eos, qui se lacrymis prosequébantur, plácido vultu, Eja, inquit, Christi milites, congratulamini mihi: quoniam digna habita sum pro nomine Jesu contumeliam pati. In tetra carcere diu jacuit, donec auditis savissimis tormentorum generibus, quibus Daçianus permittos Christianos excruciatos necáverat, pro dolore commota, flexis humi genibus, Deum precata est, ut se (si ita expedit) in custodia corporis educeret ad confitendum nomini ejus exauditaque à Dòmino, squalore confecta, impollutum spiritum in oratione Deo reddidit.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vj.

Leoçadia igitur corpus honorificè à Christianis in suburbio Toletano sepelitur. Ubi postea, & in

loco, ubi mortua est, duæ Ecclesiæ Collegiatae, & tertia item Parochialis in adibus, in quibus habitavit, ejus nomine dedicatae, etiam nunc extant. Quibus tantus honor Gothorum tempore est habitus, ut in eis potissimum multa Concilia Toletana, eaque frequentissima habita; & Sanctissimi Archiepiscopi Toletani, Eugenius Tertius, Ildephonsus, & Julianus in Leocadiæ Basilica propriè sunt. Hæc sanctissima Virgo post mortem è túmulo surrexit, & Recesvinto rege præsentè, & magna hominum multitudine, beato Ildephonso apparuit, ejusque studium in gloriosissimam Virginem Mariam commendavit.

R. Afferentur Regi virgines post eam, proxima ejus. **V.** Afferentur tibi in lætitia & exultatione. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intendè, prospère procède, & regna. Afferentur. Glória Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipièntes lampadas suas, exierunt obviam sponso & sponse. Et reliqua.

Homilia Sancti Isidori Archiepiscopi Hispalensis.

Lib. Sententiarum, cap. 40.

Virgo carne, non mente, nullum præmium habet in repermissione. Unde & insipientibus virginibus Salvator in judicio veniens dicit: Amen dico vobis, nescio vos. Ubi enim judicans mentem corruptam invenerit, carnis proculdubio incorruptionem damnabit. Nihil scilicet incorruptio carnis, ubi non est integritas mentis.

Par. Hyemalis.

Nihilque valet mundum esse corpore eum, qui pollutus est mente.

R. Hæc est virgo sapiens, quam Dòminus vigilantem invenit, quæ acceptis lampadibus sumpsit secum oleum: **V.** Et veniente Dòmino introivit cum eo ad nuptias. **V.** Medià nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Et.

Lectio viij.

Multi sunt reprobòrum, qui carnalis corruptelæ contagium nesciunt. Qui sicut infecundi sunt corpore, ita steriles manent mente, operisque boni fecunditate. Qui rectè de virginitate gaudent, si aliis pravis operibus non inservirent. Qui continentiam profitètur, & ab aliis terrenis desideriis non subtrahitur, quamvis hunc luxuria carnis non polluat, diversa tamen mundanæ conversationis operatio maculat.

R. Medià nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. **V.** Prudentes virgines aptate vestras lampades. Ecce sponsus. Glória Patri. Ecce sponse.

Lectio ix.

Virgines de suis mèritis gloriante, hypocritis comparantur, qui glòriam boni operis foris appetunt, quam intra conscientiam humiles habere debuerunt. Tales igitur ad promissa cœlestia non perveniunt: quia ipse sibi virginitatis præmium per elationis vitium auferunt. Hoc est enim in Evangelio non habere virgines in vasis oleum, id est, non servare intra conscientiam boni operis testimonium, sed in facie gloriari apud homines, non in corde apud Deum.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Laudes & per Horas, de Comuni Virginiæ & Martyr. lxxxvii
Oratio ut supra.

Et sic Commem. Oct. & Feriæ.
Vesperæ de sequenti Festo.

DIE X. DECEMBERIS.

Tertia die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.
In Festo Translationis Alme Domus
Laufetane B. Mariæ Virginis.

Duplex Majus.

AD VESPERAS.

Añs. Domum tuam, & reliquis
de Laudibus. 24. Psalm. Dixit Dóminus,
cura reliquis ut in Officio
parvo B. Mariæ Virginis. cxxxiv.

Capitulum. Ecclí. 24.

IN omnibus réquiem quævisi, &
in hereditate Dómini morabor.
Tunc præcepit, & dixit mihi Créator
ómnium: & qui creávit me,
requièvit in tabernaculo meo.

Hymnus. Ave maris stella, prout
in Officio parvo B. M. V. cxxxvij.

Y. Hæc est domus Dómini firmiter
ædificata. R. Benè fundata est supra
firmam petram.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sanctificávit Dóminus tabernáculum
suum: quia hæc est domus
Dei, in qua invocábitur nomen ejus,
de quo scriptum est: Et erit nomen
meum ibi, dicit Dóminus.

Oratio.

DEUS, qui beatæ Mariæ Virginis
Domum per incarnatí Verbi
mysterium misericórditer
consecrásti, eámque in sinu Ecclésiæ
tue mirabiliter collocásti: concede,
ut segregatí à tabernáculis
peccatórum, digni efficiámur habitatores
Domus sanctæ tue. Per eundem
Dóminum nostrum, &c.

Deinde fit Commemoratio S. Leocadiæ,
Feriæ, & S. Melchiadis Papæ
& Martyris tantum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Salvatorem mundi in Domo Virginis
de Spiritu sancto conceptum,
Venite, adorémus. Psalm. Venite,
exultémus. i. Hymnus. Cælestis

urbis Jérusalem, prout in Festo
Dedicationis Ecclesiæ. cvj.

In primo Nocturno, Antiphona.
Elevata est magnificentia tua super
caelos. Psalmus. Dómine Dóminus
noster, cum reliq. prout in Officio
parvo B. Mariæ Virginis. cxxxvij.
Añs. In sole posuit tabernaculum
suum, & ipse tamquam sponsus
procedens de thalamo suo. Antiphona.
Quisascendit in montem Dómini?
aut quis stabit in loco sancto ejus?
innocens manibus, & mundo corde.
Y. Domum tuam Dómine decet
sanctitudo. R. In longitudinem
diérum. Pater noster. Absolut. Ex-
audi Dómine. Y. Jube domne
benedicere. Benedictio. Benedictione
perpetua.

De libro tertio Regum.

Lectio j.

Cap. 8. c.

STEIT autem Salomon ante altare
Dómini in conspectu Ecclesiæ
Israël, & expandit manus suas in
caelum, & ait: Ergo ne putándum
est quod verè Deus habitet super
terram? Si enim caelum & cæli cælorum
est capere non possunt, quanto
magis domus hæc, quam ædificá-
vi? Sed respice ad orationem servi
tui, & ad preces ejus, Dómine Deus
meus: audi hymnum & orationem,
quam servus tuus orat coram te hódie:
ut sint óculi tui apérti super
domum hanc nocte ac die: super
domum, de qua dixisti: Erit nomen
meum ibi: ut exaudias deprecationem
servi tui, & pópuli tui
Israël, quodcumque oraverint in
loco isto, & exaudies in loco habitá-
túli tui in caelo, & cum exaudieris,
propitius eris.

R. Vidi speciosam sicut columbam
ascendentem desuper rivos aquarum:
cujus inæstimabiles odor erat
nimis in vestimentis ejus: Et sicut
dies verni circumdabant eam
flores rosarum, & lilia convallium.

Y.

Y. Quæ est ista, quæ ascendit per
desertum sicut virgula fumi, ex
aromatibus myrrhæ & thuris? Et.
Lectio ij.

SI fugerit pópulus tuus Israël in
amicos suos (quia peccátus est
tibi) & agéntes penitentiam, & con-
fiterint nómini tuo, vénerint, & ora-
verint, & deprecáti te fuerint in do-
mo hæc; exaudi in caelo, & dimitte
peccátum pópuli tui Israël, & re-
duces eos in terram, quam dedi-
disti patribus eórum. Si clausum
fuerit caelum, & non pluerit propter
peccáta eórum, & orántes in lo-
co isto, penitentiam egerint nó-
mini tuo, & à peccatis suis convér-
si fuerint propter afflictionem suam:
exaudi eos in caelo, & dimitte pec-
cáta servórum tuórum, & pópuli
tui Israël: & ostende eis viam bonam,
per quam ambulent, & da
pluviam super terram tuam, quam
dedisti pópulo tuo in possessionem.

R. Quæ est ista, quæ ascendit sicut
auróra consurgens, pulchra ut luna,
elæcta ut sol. Y. Terribilis ut castro-
rum æcies ordinata? Y. Filia Sion
tota formosa, & suavis es, pulchra
ut luna, elæcta ut sol. Terribilis.

Lectio iij.

SI quis cognóverit plagam cordis
sui, & expándit manus suas
in domo hæc, tu exaudies in caelo
in loco habitatiónis tuæ, & repro-
pitiaberis, & facies ut des unicuique
secundum omnes vias suas, sicut
videris cor ejus (quia tu nosti solus
cor ómnium filiórum hóminum)
ut timeant te cunctis diébus, quibus
vivunt super faciem terræ, quam
dedisti patribus nostris. Insuper
& alienigena, qui non est de pópulo
tui Israël, cum vénerit de terra
longinqua propter nomen tuum
(audiétur enim nomen tuum magnum,
& manus tua fortis, & brachi-
um tuum exténdum ubique) cum

vénerit ergo, & oráverit in hoc
loco, tu exaudies in caelo, in firmamento
habitaculi tui, & facies omnia,
pro quibus invocáverit te alienigena:
ut discant universi pópuli terrarum
nomen tuum, sicut pópulus tuus
Israël, & probent quia nomen tuum
invocátum est super domum hanc.

R. Quæ est ista, quæ processit sicut
sol, & formosa tamquam Jérusalem?
Viderunt eam filie Sion, & beatam
dixerunt, & reginæ laudaverunt eam.
Y. Et sicut dies veni circumdabant
eam flores rosarum, & lilia convallium.
Viderunt. Glória Patri. Viderunt.

In secundo Nocturno, Antiphona.
Diffusa est grátia in labiis tuis,
propterea benedixit te Deus in æternum,
& in sæculum sæculi. Antiphona.
Sanctificávit tabernaculum suum
Altissimus. Antiphona. Homo natus
est in ea, & ipse fundávit eam
Altissimus. Y. Dómine dilexi decorem
domus tuæ. R. Et locum habitatiónis
glóriæ tuæ. Pater noster. Absolutio.
Ipsius pietas. Y. Jube domne benedicere.
Benedictio. Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

Sermone 52. de diversis.

Lectio iv.

SAPIÉNTIA, quæ Dei erat, &
Deus erat, de sinu Patris ad nos
veniens, ædificávit sibi domum,
ipsam scilicet Matrem suam
Virginem Mariam, in qua septem
columnas excidit. Quid est in ea
septem columnas excidere, nisi ipsam
dignum sibi habitaculum fidei
& operibus preparare? Nimirum
ternarius número ad fidem propter
Sanctam Trinitatem, quaternarius
périnet ad mores propter quatuor
principales virtutes. Quod autem
in beata Maria Sancta Trinitas
fuerit, fuerit dico per præsentiam

Vvv 2

ma

majestatis, ubi solus Filius erat per susceptionem humanitatis, testatur nuntius celestis, qui ei arcana mysteria reserans, ait: Ave gratia plena: Dominus tecum: & post pauca: Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ecce habes Dominum, habes virtutem Altissimi, habes Spiritum Sanctum; habes Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum.

Lectio vj.
O quam metuendus est locus iste! Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. Hæc est domus Domini firmiter edificata, benè fundata est supra firmam petram. Verè non.

Lectio v.

Utrum autem & quatuor principales virtutes, tamquam quatuor columnas possederit, inquisitione dignum videtur. Primum ergo videamus, an fortitudinem habuerit. Quæ nimirum virtus quomodo illi abesse potuit, quæ abjectis secularibus pompis, spreisque voluptatibus carnis, soli Deo in virginitate vivere proposuit? Infallor, hæc Virgo est, quæ apud Salomonem legitur: Mulierem fortem quis inveniet? procul & de iustis finibus pretium ejus. Porro, quod temperans, prudens, & justa fuerit, ex Angeli collocutione, & sui ipsius responsione, luce clarius comprobamus. Salutata quippe tam venerabiliter ab Angelo. Ave gratia plena: Dominus tecum: non se extulit, quasi quæ ex singulari gratia privilegio benediceretur; sed siluit, & qualis esset insolita hæc salutatio, secum cogitavit. Qua in re, quid, nisi temperans fuit? At verò, cum de celestibus mysteriis ab eodem Angelo diceretur, diligenter quaesivit, quomodo conciperet, & pareret, quæ virum utique non cog-

nosceret; & in hoc sine dubio prudens exiit.

R. Fundata est domus Domini supra verticem montium, & exaltata est super omnes colles: Et venient ad eam omnes Gentes, & dicent, Gloria tibi Domine. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Et venient ad eam.

Lectio vj.

Justitie autem præsertim insigne, ubi se ancillam Domini confitetur. Nam quod iustorum sit confessio, testatur qui ait: Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo. Fuit igitur beata Virgo Maria fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogatione, justa in confessione. His itaque quatuor morum columnis, & tribus fidei prædictis extraxit in ea sibi domum Sapientia celestis: quæ ad eam mentem ejus replèvit, ut de plenitudine mentis fecundaretur & caro.

(Hactenus S. Bernardus.)

Ipsius autem Virginis natalis Domus divinis mysteriis consecrata, Angelorum ministerio ab infidelium potestate, in Dalmatiam prius, deinde in agrum Lauretanum Picenæ Provincie translata fuit, sedente Sancto Cælestino Quinto: eam demque ipsam esse, in qua Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, tum Pontificis diplomatus, & celeberrimæ totius orbis veneratione, tum continuâ miraculorum virtute, & celestium beneficiorum gratiâ comprobatur. Quibus permotus Innocentius Duodecimus, quò ferventius erga Matris amantissima cum fidelium memoria excitaretur, ejusdem sanctæ Domus translationem anniversaria solemnitate in rota Picenæ Provincie veneratam, Missa etiam, & Officio proprio celebrati præcepit.

R.

R. Domus mea domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit: & qui querit, invenit: Et pulsanti aperietur. **V.** Petite, & accipietis: querite, & invenietis. Et pulsanti. Gloria Patri. Et pulsanti.

In tertio Nocturno, Antiphons. Tollite hostias, & introite in atria ejus, adorare Dominum in aula sancta ejus. **Añs.** Viderunt omnes populi gloriam ejus. **Añs.** Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit Dominus, alleluia. **V.** Domum tuam Domine decet sanctitudo. **R.** In longitudinem dierum. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne benedicere. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.**Cap. i.**

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Etréliqua. Homilia Sancti Bernardi Abbatis.

Ex Homilia 1. super Missus est.

Quæ est hæc virgo tam venerabilis, ut salutetur ab Angelo; tam humilis, ut desponsata sit fabro? Pulebra permixtio virginitatis, & humilitatis, nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua & humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem. Sed quantâ putas veneratione digna est, in qua humilitatem exultat fecunditas, & partus consecrat virginitatem? Audis virginem, audis humilem: laudabilia virtus virginitas, sed magis necessaria humilitas: illa consultiore, ista præcipitur.

R. Diffusa est gratia in labiis tuis, * Propterea benedixit te Deus in

æternum. **V.** Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus eburnis, ex quibus te delectaverunt filie regum in honore tuo. Propterea.

Ex Homilia 2. super eodem loco.**Lectio vij.**

MIssus est, inquit, Angelus ad Virginem, virginem carne, virginem mente, virginem professione, virginem denique, qualem describit Apostolus, mente & corpore sanctam, nec noviter, nec fortuito inventam, sed à seculo electam, ab Altissimo præcognitam, & sibi præparatam, ab Angelis servatam, à Patribus præfiguratam, à Prophætis promissam. Ut pauca loquar de pluribus, quam sibi aliam prædixisse Deus videtur, quando ad serpente[m] ait: Inimicitias ponam inter te, & mulierem? Etsi adhuc dubitas, an de Maria dixerit, audi quod sequitur: Ipsa conteret caput tuum. Cui hæc servata victoria est, nisi Mariæ?

R. Beata es Virgo Maria Dei Genitrix, quæ credidisti Domino: perfecta sunt in te, quæ dicta sunt tibi: ecce exaltata es super choros Angelorum. **I**ntercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum. **V.** Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum. Intercede Gloria Patri. Intercede.

Ex Homilia 3. super eodem loco.**Lectio ix.**

ET ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum. Quò ingressus ad eam? Puto in sacrarium pudici cubicoli, ubi illa fortassis clauso super se ostio orabat Patrem in abscondito. Solent Angeli adstare orantibus, & delectari in his, quos vident levare puras manus in oratione. Hoc locustium sanctæ devotissimi gaudent se offerre Deo in odorem sua-

Vvv 3

vitatis Mariæ autem orationes quantum placuerint in conspectu Altissimi, Angelus indicavit, qui ingressus ad eam tam reverenter salutavit.

Te Deum laudamus. 13.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem dierum. *salm.* Dominus regnavit, cum reliq. de Officio parvo **B. Maria.** cxlij. *Ant.* Domus mea domus orationis vocabitur: in ea omnis qui petit, accipit: & qui querit, invenit: & pulsanti aperietur. *Antiphona.* Propter Domum Domini Dei nostri quævis bona tibi. *Antiphona.* Domine Deus exaltasti super terram habitationem meam. *Antiphona.* Domum majestatis mee, & locum pedum meorum glorificabo.

Capitulum.

Eccli 24.

In omnibus requiem quævisi, & in hereditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.

Hymnus. Alto ex Olympi vertice, ut in Communi Dedicacionis *Eccl.* cxvi.

V. Introibimus in tabernaculum ejus. *R.* Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

Oratio.

Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis Domum per incarnati Verbi mysterium misericorditer consecrasti, eamque in sinu Ecclésiæ tuæ mirabiliter collocasti: concede, ut segregati à tabernaculis

peccatorum, digni efficiamur habitatores Domus sanctæ tuæ. Per eundem Dominum, &c.

Et fit Commemoratio Ferie & S. Melchiadis Papæ & Martyris.

Ad Primam, in R. brevi dicitur *V.* Qui natus es de Mariâ Virgine.

Ad Tertiam, *Ant.* Domus mea, Capit. In omnibus requiem quævisi, ut sup.

R. breve. Hic domus Dei est. * Et porta cæli. Hic domus. *V.* Et vocabitur aula Dei. Et porta. Glória Patri. Hic domus. *V.* Domine, dilexi decorem domus tuæ. *R.* Et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ad Sextam, Antiphona.

Propter Domum Domini.

Capitulum.

Eccli 24. b.

Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea.

R. breve. Domine * Diléxi decorem domus tuæ Domine. *V.* Et locum habitationis gloriæ tuæ. Diléxi. Glória Patri. Domine. *V.* Domum tuam Domine decet sanctitudo, *R.* In longitudinem dierum.

Ad Nonam, Antiphona.

Domum majestatis mee.

Capitulum.

Eccli 24. b.

In platéis sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi, quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

R. breve. Domum tuam Domine, * Decet sanctitudo. Domum. *V.* In longitudinem dierum. Decet sanctitudo. Glória Patri. Domum. *V.* Hic domus Dei est, & porta cæli. *R.* Et vocabitur aula Dei.

In secundis Vesperis omnia ut in primis.

Ad

Ad Magnificat, Antiphona.

O quam metuendus est locus iste! Verè non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli.

Oratio ut supra.

Deinde fit Commemoratio sequentis, & Ferie tantum.

DIE XI. DECEMBRIS.

Quarta die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

Fit de S. Damaso Papa & Confessore Semiduplex, cum Commemor. Octavæ, & Ferie in Laudibus.

Vesperæ de S. Eulalia Emeritensi Virgine & Martyre, cum Commemoracione S. Damasi, Antiph. Dum esset, Octavæ, & Ferie.

DIE XII. DECEMBRIS.

Quinta die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

In Festo S. Eulaliæ Emeritensis Virginis & Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi Virginum & Martyrum, lxxxiv. præter ea que hic habentur propria.

AD VESPERAS.

Capitulum.

1. Cor. 10. d.

Fratres, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

Hymnus.

Virginis laudes cænim pudicæ, Mille que sertis redimita frontem,

Dúplices palmas meruit referre Sanguine partas.

Tecta festina egreditur paterna; Nec timet noctem, pavet aut tenebras;

Præviâ sed luce aperit rubetâ Cælicus ordo.

Intrat & passu Emeritam veloci: Jûdicis durum stetit ad tribunal, Arguens cæcæ venerare Gentes Nûmina vana.

Dulcibus verbis, studiisque tentat Prætor emolire animum puellæ; Offerat saltum pia thura Divis, Cæsari placens.

Illa fallaces rēmit loquelas: Nulla promissa alliciunt, inquis; Pœnegat sensus; velut alica rupes Phœctibus obstat.

Sit deus Patri, genitæque Proli, Et tibi compar utriusque Virtus, Spiritus temper, Deus unus omni Temporis ævo.

Amen. *V.* Spécie tuâ & pulchritudine tuâ. *R.* Intende, prospere procede, & regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beata Eulalia iungulis ferreis usque ad ossa dilaniata, læto ore notas numerans, dicebat: Nunc Christus Jesu in meo corpore his notis fortius inscriberis. Delectat me hos apices legere, qui tua trophæa, nomēque tuum sanguinis purpurâ scripta loquuntur.

Oratio.

Omnipotens sempiternè Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: da nobis in festivitate sanctæ Virginis & Martyris tuæ Eulaliæ congrua devotione gaudere; ut & potentiam tuam in ejus passione laudemus, & promissum nobis percipiâmus auxilium. Per Dominum, &c.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem virginum Dominum, * Venite, adorémus. *Psalmus.* Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Infrēmit Prætor, rabièque fren-det: Vêrbera intētat, mōveant puellam,

Cuncta frustra; fortior & resistit Ipsa tyranno. Ungula carnes lauciant crugite:

Virgo sed plagas númerans hiulcas,
Gaudet, & Christi célebrat triumphos
Voce sonóra.

Præstat inscriptos ápices notare
Púrpura tinctos, quibus exarántur
Nóminis magni alma tui trophæa
Máxime Christe,

Inquit at Prætor furis prehensus
Bneat fervente óleo mamillas;
Calce, tum rivis fervidissaquarum
Corpus adurit.

Attamen calce, exliquidóve plumbo,
Nulla nec parva Euláliam favilla
Lædit, experta omnia temperata
Virgo decóra.

Sit deus Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque Virtus,
Spiritus semper, Deus unus omni
Témporis ævo. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Beata Eulália Deo timorata, mente
& corpore casta, ac religione pudica,
docebatur à Donato Presbytero.

Psalmus. Dómine Dóminus noster,
cum reliquis de Communi Virginitatis.
Añã. Ab infántia rudimentis Christi confiteri docebatur.

Psalm. Cæli enarrant. **Añã.** Annos adolescentiæ penè ingrèssa, fidem, quam sancta devotióne conceperat, animo fortiore servabat. **Psalm.** Dómini est terra. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ. **R.** Intènde, prospere procéde, & regna.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

R. j. Diem festum sacratæ Virginitatis Eulaliæ celebrémus: quáliter passa sit ad memoriám revocémus: tertio décimo atátis anno mortem superándo, vitam invénit: Quia solum vitæ diléxit auctórem. **V.** Infántia quidem computabatur in annis, sed erat senectus mentis imménsa. Quia solum.

R. ij. Ab ipsa infántia Christi fidem edócta, non solum exácte ritus Christianos servabat, verum dari sibi occasiónem expetebat, quâ per martyrium ad cælum posset evoláre:

Quia fidem, quam sancta devotióne conceperat, animo fortiore servabat. **V.** Hæc est virgo sapiens, & una de número prudentum. Quia fidein.

R. iij. Euláliam patræna cura ob metum persecutiónis in villa tenébat absconditam, thoro dicatam, & variis crepúdiis, ut custodiám delinret, oblatis, quæ ómnia repulerat:

Quia Christo sponso suo se totam devoverat. **V.** Hæc est, quæ nescivit thorum in delicto, habébit fructum in respectióne animarum sanctarum. Quia Christo. Glória Patri. Quia Christo.

In secundo Nocturno, Antiphona.

Virgo magnánima nocte consurgens, lata progrédiens, ardenti desiderio ad martyrium properabat.

Psalm. Eructavit cor meum. lxxxix.

Añã. Nocte viam secuta virgo, lucem habuit pro duce, & diem meruit. **Psalm.** Deus noster refugium.

Añã. Convirginali suæ Julie comitanti dixit: Notum sit tibi, dómina soror, quia etsi novissima vado, prior patiar. **Psalm.** Magnus Dóminus. **V.** Adjuvabit eam Deus vulcu suo.

R. Deus in médio ejus, non commovebitur.

Lectio iv.

Eulália Virgo, Libéræ nobilis Emeritensis civis filia, à Presbytero Donato fidem Christi edócta, patrénâ curâ, ob metum persecutiónis sub Maximiano Imperatore in loco, qui dicebatur Porcéjana, & paréntis possessio erat, in finibus Provinciæ Bæticæ prope Emeritam milliário trigésimo custodiebatur cum Felice Confessore, & Julia

lia virgine, alisque Deum tímèntibus. Adeo siquidem ejus viri boni præcéptis Eulália sitienter adhesit, non Christianos solum exácte ritus serváret, verum dari sibi occasiónem expeteret, quâ per martyrium posset ad cælum evoláre. Audiens autem Daciánum multos Christianorum tormentis afflicere ob Christi nomen, egréssa domo nocte, pédibus per invia pergens, unâ cum Julia sibi convirginali, quæ etiam eodem die martyrium passa est, in civitatem devénit.

R. Audiens Eulália savitiam tyránni, & Christianorum cruciatu, latibula perosa noctu septa, claustraque fugax aperit, & iter ingreditur per invia, & vepribus oblita loca:

Angélico tamen comitatu choro, & luce cælitus demissa. **V.** Hæc est virgo sapiens, quam Dóminus vigilantem invénit. Lucérna pédibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Angélico.

Lectio v.

Civitatem nempe ingrèssa, ad tribunal Calphurniani, quem Legátum in urbe Emerita Daciánus reliquerat, accédens, increpare cepit illius savitiam, & insaniam, quod Deum verum colentes supplicis vexaret, & demonum simulacra colere faceret. Quam Præses audiens, primùm verbis demulcere aggreditur, ne in tam ténèra atate (tertium décimum enim annum agébatur) vitam perdere vellet. Adhortabatur etiam, ut diis incensum adolèret. Quod beata virgo renuens, fustibus cæditur, & unguis ab utroque latere usque ad ossa dilaniatur. In quo tormento virgo lato ore notas númerans, in hæc verba prorúpt: Scriberis ecce mihi Dómine, quam juvat hos ápices légere, qui tua, Christe, trophæa

notant, noménque tuum elici sanguinis purpura loquitur.

R. Beata Eulália lætissime, & constantèr festinabat ad martyrium, Quasi ad épulas invitata; & agónem suum Dómino præcibus commendabat. **V.** Nobilitas orta natalibus ab ignóbili gaudens trahébatur ad martyrium. Quasi ad épulas.

Lectio vi.

Ad hæc insánis Præses iussit eam collo tenuis in vivam calcem immèrgi, aquâ superfusâ, ipsamque virginem liquefacto ardore perfundi. Verùm cum nec arbor ille Eulaliæ noceret, novissimè in equuleo extenditur, & ardentibus facibus, lampadibusque latera ejus aduruntur, quarum flammam in caput & faciem involitantem, Virgo apèrto ore haurit. Undè progrédiens columba candidissima, in cælum, spectantibus cunctis, evolávit quarto Idus Decembris. Licetóribus autem fugientibus, sancto corpore in equuleo relicto, magna nivis cópia descendit, quæ forum, corpusque virginem vice linteæ candidi tegébat. Unde clam à Christianis ablatum, sepulture traditum est, & in Hispaniarum devastatióne à Saracenis, in Ovetensè Ecclesiám translatum est: ubi magna cum veneratióne colitur. Eamque Urbánus Octávus Pontifex Máximus in Patrónam perpetuam dicti Episcopátus Ovetensis concessit, anno incarnatiónis Dómini millesimo sexcentésimo trigésimo nono.

R. Ad passióem ducta Eulália tyránnò dixit: Quid perséqueris Christianos, & niteris in vanum perdere Virginem Dei? **D.** Dóminus me docet in veritate sua: ideò non seduces adolescentiam meam. **V.** Ego annorum sum trédecim, putans

atâtem meam tuo posse terrôre turbâri? Dôminus. Glôria Patri. Dôminus.

In tertio Nocturno, Antiphona.

Dôminus docet me in veritate: suadens non seducens adoleſcentiam meam. **Psalmus.** Cantate Dômino. **V. xxi. Antiphona.** Terrênæ vitæ blandimētis non delēctor, alteram beatam spero vitam. **Psalmus.** Dôminus regnâvit, exultet terra. **Antiphona.** Hâbeo sponsum divitem, immortalem, qui te, tuos, que perdet. **Psalmus.** Cantate Dômino. **V. Elēgit eam Deus, & præelēgit eam. R. In tabernaculo suo habitare facit eam.**

Lectiones de Homilia S. Gregorii

Pape in Evangelium. Simile erit regnum cœlorum decem virginibus, ut in **Communium Virginum.** xxiij.

R. vi. Diversis tormentorum generibus macerata, pendens in equileo super his omnibus gloriabatur Eulalia, commemorans se ipsam in quibus se ab infantia præparaverat. Omnibus se audientibus exhortans dicebat. **V. Credi oportet unum & verum Deum Patrem cœlestem, & Jesum Christum Filium ejus omnipotentem, cum Spiritu sancto adorandum, qui est benedictus in sæcula. Omnibus.**

R. vii. Ardentibus facibus, lampadibusque ejus latera adurentibus, eorum flammam in caput & faciem involtantem ore aperto hausit virgo.

Ex quo prædicens colamba candidissima, spectantibus cunctis, in cœlum evolavit. **V. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Ex quo, Glôria Patri. Ex quo.**

AD LAUDES;

& per Horas, Antiphona.

Beatâ Eulaliâ fide plena, spe intrépida, charitatis flagrans

ad martyrium sponte festinabat. **Psalm.** Dôminus regnâvit, cum reliquis de **Dominica.** 14. **Antiph.**

Crudelibus lacerata verbèribus, fortiori animo, Prætoris sævitiam, & Cesaris vanam religionem increpabat. **Antiphona.** Tamquam aurum in fornacè probata, laudes Dômino decantans, incolumis exivit à flammis. **Ant.** Benedico te Pater Dômini mei Jesu Christi, quia per Filium tuum nec verbera, nec ignis, nec calix, nec plumbum nocere corpori meo. **Ant.** Quâ Spiritus sanctus specie apparere non dedignatur, Eulaliæ spiritus ad cœlestem paradisum evolavit.

Capitulum. 1. Cor. 10. d

Fratres, Qui gloriatur, in Dômino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

Hymnus.

Lampades postremo Virgini ligatæ
Applicat, quæ ignem caput occupantem

Transfert in pectus, hiantemque ore

Hausit aperto.

Spiritus formam recipit columbæ,
Quæ volans cœlum penetrat coruscum:

Contremit licet fugiens, relicto Corpore solo.

Membra tam sævè lacerata nuda
Contegit cœlum nive decedente:

Donat hæc pura Attalicos amictus

Artibus almis.

Virgo, quæ est firma Emerite columna,

Astures fortes faveas benigna,
Qui tibi semper referant Patrônæ

Omnia fausta.
Audias quod nos scribis lubenter

Sup-

Supplices votum: recipe, & secunda
Tempora indulge; ut tibi personemus
Carmena sancta.

Sit decus Patri, cœquitate Proli,
Et tibi compar utriusque Virtus,
Spiritus semper, Deus unus omni
Temporis ævo.
Amen.

V. Diffusa est grâtia in labiis tuis.
R. Propterea benedixit te Deus in ætærum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Beata Eulalia, dum lampadibus ardentibus ureretur, Prætori dixit: Assum est jam corpus meum, jube sale conspergi, nec cœlesti sponso insipidum præpares holocaustum.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: da nobis in festivitate sanctæ Virginis & Martyris tue Eulaliæ congruâ devotione gaudere; ut & potentiam tuam in ejus passione laudemus, & promissum nobis percipiâmus auxilium. Per Dôminum nostrum Jesum Christum, &c.

Deinde fit Commemoratio Octavæ Conceptionis B. Mariæ Virginis, & Feriæ.

In secundis Vesper. **Ant.** Beata Eulalia, cum reliq. de Laudib. 28. **Psalm.** Dixit Dôminus, cum reliq. de **Communium Virginum.** lxxxvij.

Deinde à Capitulo de S. Lucia Virgine & Martyre, ut in Breviario Romano, cum Commemor. præcedent. ut infra, Octavæ & Feriæ.

Si hoc festum transferatur, Capitulum & Hymnus ut in primis Vesperis. 25.

V. Diffusa est grâtia in labiis tuis.
R. Propterea benedixit te Deus in ætærum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ad conspectum columbæ profinitis ab ore beate Eulaliæ, pavidi fugiunt iciores, relicto corpusculo nudo, quod nix e caelo subito demissa, vice lintholi candidissimi operuit.

Oratio. Omnipotens sempiternæ Deus, ut supra.

Et fit Commemoratio Octavæ Conceptionis & Feriæ.

DIE XIII. DECEMBRIS.

Sexta die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

Fit de S. Lucia Virgine, & Martyre, Duplex, cum Commemoratio Octavæ, & Feriæ in Laudibus, & Vesperis.

DIE XIV. DECEMBRIS.

Septima die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

Si autem hac die occurrat Feriæ quarta Quatuor Temporum, Lectiones primi Nocturni leguntur ut in die Festi, & Lectio nona de Homilia Feriæ.

In secundo Nocturno.

Ex libro S. Augustini Episcopi. *De Ganesi contra Manichæos.*
Lectio IV.

Dominus noster Jesus Christus, ut inquit Apostolus, factus est ex semine David secundum carnem, id est, tanquam de limo terræ, cum homo non esset, qui operaretur in terra; quia nullus homo operatus est in Virgine, de qua natus est Christus. Fons autem ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ. Facies terræ, id est, dignitas terræ, Mater Dômini Virgo Maria rectissime accipitur, quam irrigavit Spiritus sanctus, qui

qui fontis & aque nomine in Evangelio significatur: ut qualis Adam de limo terræ, talis homo ille fieret. Qui constitutus est in paradiso, ut operaretur ibi, & custodiret, id est, in voluntate Patris, ut eam impleret, atque servaret.

R. Equitavi meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea, pulchrae sunt genæ tuæ, sicut turturidis.

• Faciamus adiutorium simile sibi. **V.** Eo quod castitatem amaveris, virumque nescieris, ideo & manus Domini confortavit te, & eris benedicta in æternum, Faciamus.

Ex libro ejusdem de Natura & Gratia contra Pelagianos.

Lectio v.

Cum de peccatis agitur, de sancta Virgine Maria, propter honorem Domini, nullam prorsus habere volo questionem. Inde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quod concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hæc ergo Virgine excepta, si omnes illos sanctos & Sanctas, qui in Scripturis sanctis non modo non peccasse, verum etiam non modo non peccasse, verum etiam non modo non peccasse referantur, cum hic viverent, congregare possemus, & interrogare, utrum essent sine peccato: quid fuisse responsuros putamus? Quantalibet fuerint in hoc corpore excellentiæ sanctitatis, si interrogari potuissent, unâ voce clamassent illud, quod ait Joannes Apostolus: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

R. Fac tibi arcam de lignis levigatis. Ruptique sunt fontes abyssi magnæ. • Et factum est diluvium peccati super omnem terram. **V.** Arca verò Deifera elevata est in subli-

me, & ferebatur super aquas, operitque sunt omnes montes excelsi sanctorum. Et factum est.

Ex libro Sancti Ildephonsi Archiepiscopi Toletani.

Contra eos, qui disputant de virginitate & parvitate B. Mariae.

Lectio vi.

Totum quidquid in Maria fuit, possedit Spiritus sanctus: quoniam virtus Altissimi eam obumbravit. Quod si virtus Altissimi ab omni æstu peccati eam obumbravit in conceptu & in partu; sicut ab omni æstu libidinis libera fuit, ita & ab omni pressura maledictionis non ex sese, sed ex virtute Altissimi immunis & aliena fuit. Quapropter cogitent isti disputatores naturarum leges, cogitent & divinorum rerum virtutes: quia non ex naturæ rerum divinæ leges pendunt, sed ex divinis legibus naturæ rerum, & leges manare probantur.

R. Fiat mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum. Arcam de lignis Sethim compingite: & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris.

• Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. **V.** Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Et pones super, Glória Patri. Et pones.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii.

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

De

De Homilia Sancti Bonaventuræ Episcopi.

In Comment. super Luc. 11.

Laudat hæc mulier Christum Dei Filium, extollens laudis ejus præconium ex beatitudine matris, quasi dicat: Beata mulier, quæ portavit tam bonum filium. Et recte, quia decebat sexum femineum sic laudare, nec tantum feminas, immo etiam viros. Nam supra dixit Virgo: Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Fuit autem venter virginis beatus propter tria privilegia: quia (ut dicit Bernardus) fuit sine corruptione fecunda, sine gravidine grævada, & sine dolore puerpera. Unde dici potest illud Isaie: Quis audivit umquam tale? Et quis vidit huc simile?

R. Omnes moriemini, quia in Adam peccavistis. Quid habes Esther elevata in populis? Ego sum frater tuus, noli timere, non morieris. • Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. **V.** Non extinguetur in nocte lucerna tua, & non timebis à frigore nivis. Non enim.

Lectio viii.

Fuit etiam beatus propter tria miracula. Primum est, conjunctio infiniti distantium: Deus enim ibi factus est homo, Creator creatura, Immensus parvus, Verbum infans, Æternus temporalis, secundum illud Joannis: Et Verbum caro factum est. Secundum miraculum est, quia qui fecit ventrem, factus est in ventre. Unde in Palmis dicitur: Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei. Et post: Homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus. Tertium miraculum, quia qui continet omnia, continetur in ventre: & ille ibi capi-

tur, quem totus non capit orbis. Unde cantat Ecclesia: Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

R. Filius meus parvulus est, & delicatus. Domus, quam ædificari volo, talis esse debet, ut in cunctis nationibus nominetur. • Et ob hanc causam ante mortem suam omnes preparavit impensas. **V.** Elengi & sanctificavi locum istum; ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi in cunctis diebus. Et ob hanc Glória Patri. Et ob hanc.

Lectio ix.

Nec tantum beatificat ventrem propter portationem, sed ubera propter lactationem, cum subiungit: Et ubera, quæ suxisti. Ex quo datur intelligi, quod à solis uberibus beatissime Virginis lactatus fuit. Quod designatum fuit in Mõyse, qui lactari, ut dicitur, noluit à muliere Ægyptiaca. Et ideo quaesita fuit mulier Hebræa, scilicet mater propria, sicut in Exodo legitur. Ideo autem junxit ista duo, ut ostenderetur Virgo Maria fuisse Mater Christi vera & perfecta: quia non solum genuit, sed & educavit; & sicut verè educavit, ita verè genuit.

Te Deum laudamus. 13.

In Laudibus & Vesperis fit Commemoratio Feriæ.

DIE XV. DECEMBEIS.
Octava Conceptionis beate Mariæ.
Duplex.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrunt.

Si autem hac die occurrat Feria quarta Quatuor Temporum, Lectiones primi Nocturni leguntur ut in diei Festi, & Lectio nona de Homilia Feriæ.

In

In secundo Nocturno.

Ex libro Sancti Anselmi Episcopi.
De excellentia virginis.

Lectio iv.

Summa Dei sapientia nullam in massa creationis humane viam invenit, per quam (ut disposerat) in mundum veniens, tam luctuosae perditioni subveniret, donec ad istam, de qua loquimur, Virginitatem, ventum esset. Sed haec, mox ubi in mundum per humanae generationis lineam venit, tanta omnis boni virtute & constantia perfectè respénduit, ut eam ipsa sapientia Dei verè dignam iudicaret, per quam in homine veniens, non modò reatum primorum hominum, sed & totius mundi peccata deleret, & diabolum sui operis inimicum cum suis elideret, necon damna coeléstis patriae illum hominem deducendo redintegraret.

R. Equitatum meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea, pulchre sunt genae tuae, sicut turturis.

***.** Faciamus adiutorium simile sibi. **Y.** Eò quòd castitatem amaveris, virumque nescieris, ideò & manus Domini confortavit te, & eris benedicta in aeternum. Faciamus.

Ex lib. ejusdem de conceptu Virginali.

Lectio v.

Decèbat, ut Christi Concepcio de matre purissima fieret. Nempe decens erat, ut eà puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa nitèret; cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo aequalem sibi genitum tamquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus idemque communis Dei Patris, & Virginis Filius; & quam ipse Filius substantialiter facere sibi matrem eligebat, & de qua Spiritus sanctus volebat, & operatò-

rus erat, ut conceperetur & nasceretur ille, de quo procedebat.

R. Fac tibi arcam de lignis laevigatis: raptique sunt fontes abyssi magnae, & factum est diluivium peccati super omnem terram. **Y.** Arca verò Deifera elevata est in sublime, & ferebatur super aquas, operisque sunt omnes montes excelsi Sanctorum. Et factum est.

Ex dictis diversorum Sanctorum.

Ex Presbyteris Achaiae, ut refert Aloysius Lipomannus.

Lectio vi.

Andreas Apostolus: Quomodo de immaculata terra factus fuerat homo primus, necessarium fuit, de immaculata Virgine natus Christus, vitam aeternam, quam omnes perdididerant, repararet. Augustinus: Sicut primus Adam de limi materia figuratus est, ita secundus Adam, quasi de intacta ac rudi terra, de Virginis carne formatus est. Hieronymus: Haec est hortus coelusus, fons signatus, puteus aquarum viventium, ad quam nulli poterunt doli irrompere, nec praevaluit fraus inimici, sed permansit sancta mente & corpore, multis donorum privilegiiis sublimata. Idem in Psalmos: Pulchre Propheta appellat Virginitatem, nubem dei. Nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce. Anselmus: O benedicta super mulieres, quae Angelos vincis puritate, & Sanctos superas pietate!

R. Fiat mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum. Arcam de lignis Sethim compingite: & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris. ***.** Et pones super mensam pones propositionis in conspectu meo semper. **Y.** Inspice, & fac necundum exemplar, quod tibi

in

monte monstratum est. Et pones super Glòria Patri. Et pones.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quaedam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

De Homilia sancti Bonaventurae Episcopi.

In Comment. super Luc. 11.

At ille dixit: Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei. Hoc non dixit adversando, sed potius superaddendo, quasi diceret: Non solum beatus venter, qui portavit me Verbum caro factum, verum etiam beatorum, qui suscipiunt verbum à me prolatum. Unde & Maria non tantum beata fuit, quia Christum gestavit in carne; verum etiam beatorum, quia ipsum perfectissimè gestavit in mente, secundum quod dicit Augustinus: Beatorum fuit Maria concipiendo fidem Christi, quam carnem Christi. Beatus est enim omnis, qui audit & obedit: secundum illud ipsius Domini apud Joannem: Si haec scitis, beati eritis, si feceritis ea. Et ideo subdit: Et custodiunt illud.

R. Omnes moriemini, quia in Adam peccavistis. Quid habes Esther elevata in populis? Ego sum frater tuus, noli timere, non morieris. ***.** Non enim pro te, sed pro omnibus haec lex constituta est. **Y.** Non extinguetur in nocte lucerna tua, & non timebis à frigore nivis. Non enim.

Lectio viij.

In quo verbo Christus noluit laudari Matris cognationem carn-

lem per se, (nam & supra Joannes dixit Judaeis: Ne cooperitis dicere: Patrem habemus Abraham) sed spiritualem: quia sanctior est corporum mentium, quam corporum. Et ideo cum quaererent eum mater & fratres ejus, dixit: Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Et propter hoc Virgo Maria fuit laudabilis in concipiendo, quia fide concepit. Et ideo dixit et Elisabeth: Beata, quae credidisti, quoniam perficietur ea, quae dicta sunt tibi à Domino.

R. Filius meus parvulus est, & delicatus. Domus, quam aedificari volo, talis esse debet, ut in cunctis nationibus nominetur. ***.** Et ob hanc causam ante mortem suam omnes praeparavit impensas. **Y.** Elegi, & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Et ob hanc Glòria Patri. Et ob hanc.

Lectio ix.

Ex quo apparet mira commendatio veritatis, quae omnes sibi adherentes beatos efficit: non solum adherentes carnali cognatione, ut Virgo Maria; verum etiam spirituali dilectione, sicut quilibet anima sancta. Ut enim dicit Augustinus: Beatitude est gaudium de veritate. Ad quod gaudium deveniunt, qui veritatem audiunt, diligunt, & faciunt, secundum illud Ecclesiastici: Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui eliciunt me, vitam aeternam habebunt.

Te Deum laudamus. 13.

16

In Laudibus fit Commemoratio Ferie.

In secundis Vesperis fit Commemoratio S. Eusebii & Ferie.

DIE XVIII. DECEMBERIS.

In Festo Expectationis B. Mariæ Virginis.

Duplex Majus.

Ad Vesperas, Ana. Missus est, cum reliquis de Laudibus.

Psalm. Dixit Dominus. Laudate pueri. Latatus sum. Nisi Dominus. Lauda Jerusalem, ut in Officio parvo beate Mariæ. cxxxiv.

Capitulum.

Isaia 11. Egrediatur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini.

Hymnus.

Creator alme siderum,
Æterna lux credentium,
Jesu Redemptor omnium,
Intende votis supplicum.
Qui dæmonis ne fraudibus
Periret orbis, impetu
Amoris actus, languidi
Mundi medela factus es.
Commune qui mundi nefas
Ut expiâres, ad crucem
E Virginis sacrario
Intacta prodixi victima.
Cuius potestas gloriæ,
Nomenque cum primùm sonat,
Et Cœlites, & inferi
Tremente curvantur genu.
Te deprecamur ultimæ,
Magnum dei Judicem;
Armis supernæ gratiæ
Defende nos ab hostibus.
Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula.
Amen.

¶ Ave Maria grâtia plena.

¶ Dominus tecum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Spiritus sanctus in te descendet Maria: ne timeas, habebis in utero Filium Dei, alleluia.

Oratio.

Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui verè eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Christum Dominum nostrum, &c.

Et fit Commemoratio Adventus, Antiphona. O.

Ad Completorium & per Horas Hymni concluduntur.

Virtus, honor, laus, gloria

Deo Patri cum Filio,

Sancto simul Paraclito,

In sæculorum sæcula.

Amen.

Ad Matutinum, Invitatorium.
Ave Maria, grâtia plena: Dominus tecum. Psalmus. Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Verbum supernum prædicens
E Patris æterni sinu,
Qui natus orbi subvenis,
Labente cursu temporis:
Illumina nunc pectora;
Tuoque amore concrema;
Ut cor caduca deserent
Cœli voluptas impleat.
Ut, cum tribunal Judicis
Damnabit igni noxios,
Et vox amica debitum
Vocabit ad cœlum pios:
Non esca flammarum nigros
Volvamur inter turbines,
Vultu Dei sed composites
Cœli fruamur gaudiis.
Patri, simulque Filio,
Tibique sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jögiter

Sæ-

Sæculum per omne glória.

Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Ecce Dominus noster cum virtute veniet, & illuminabit oculos servorum suorum, alleluia. Psalm. Dominus Dominus noster, cum sequent. ut in Communi Virginum. lxxxvij.

Antiphona. Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum: & aperiantur terra, & germinet Salvatorem. Psalmus. Cœli enarrant gloriâ. Antiphona. Ecce nomen Domini de longinquo: & claritas ejus replet orbem terrarum. Psalm. Domini est terra. ¶ Ex Sion species decoretur ejus. ¶ Deus noster manifestè veniet.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 7. b

Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo domus David: Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen ejus Emmânuel. Butyrum & mel comedit, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

¶ Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est: ¶ Et ipse erit expectatio Gentium. ¶ Pulchriores sunt oculi ejus vino: & dentes ejus lacte candidiores. Et ipse.

Lectio ij. Cap. 11.

Et egrediatur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum.

¶ Pars Hymnalis.

spiritus Domini: spiritus sapiëntiæ, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed judicabit in justitia operum: & arguet in æquitate per mansuetis terræ: & percussit terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit justitia cingulum lumborum ejus: & fides cinctorium renum ejus.

¶ Orietur stella ex Jacob, & consturget homo de Israël, & confringet omnes duces alienigenarum: ¶ Et erit omnis terra possessio ejus. ¶ De Jacob erit qui dominabitur, & perdet reliquias civitatis. Et erit omnis.

Lectio iij. Cap. 35.

Et habitabit deserta & in vlla, & exultabit solitudo, & florèbit quasi liliim. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. Glória Libani data est ei: decore Carmeli & Saron: ipsi videbunt gloriâ Domini, & decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilla roborate. Dicite pusillanimis: Confortamini & nolite timere: Ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & salvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patèbunt. Tunc saltet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissa sunt in deserta aquæ, & torrentes in solitudine. Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum.

¶ Descendet Dominus sicut pluvia in vellus: orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis.

Xxx

¶